



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Cuthbertus Ep. 20. Mart.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

## S. CUTHBERTUS EP. 20. Mart.

**E**Xultabat puer CUTHBERTUS insolentius inter æquales suos, victor cum omnibus aliis in ludis, tum in luctu præcipue. Interea puero Pædagogum submisit cælum trium annorum pusionem, qui gravibus verbis castigavit leviculum, iussitque mores assumere, qui insulam, quâ olim insigniendus esset, exornarent. Et audiit *Cuthbertus* Deum in infante loquentem, & jam tum abire ad partes religiosorum hominum cogitavit. Quod ut posset facilius, ægrotantis genu Medicus Angelus, equo candido insignis, curavit. Homines deinde ut pascere olim sciret, pascere pecora instituit, & vigil inter preces in illustri nocte Aidanum Episcopum cælo vidit subire. Posthæc inter Religiosos cum hospitum curam haberet, inter hos aliquando Angelum numeravit. Nocturnas Veneris faces sapius rigentibus aquis mersus collo tenuis extinxit. Episcopus Lindisfarnensis, altero statim anno libentius insulam posuit, quàm sumpsit. Mira que patravit plurima alia narrant, & inter hæc feras abactas à pascuis, ab agris aves, ex corporibus tortores dæmonas, corpus quoque ejus post annos quadringentos decemque & octo integrum mirantur. At me iudice majus miraculum



190 VITÆ SANCTORUM. 20. Marti-  
lum tu facies juvenus, si vel paucos il-  
los annos, quibus vives, integrum cor-  
pusculum servabis. Ex Bedâ.

*O quam compositum reddit omnem cor-  
poris statum, nec non & mentis habitum  
disciplina! cervicem submittit, ponit su-  
percilia, componit vultum, ligat oculos, ca-  
chinnos cohibet, gulam frenat, iram sedat,  
format incessum. S. Bern. in Ep. ad Soph. V.*

S. WULPHRANNUS EP. 20. Martij

**W**ULPHRANNUS est Senonum  
Pont. idemque Frisiorum Aposto-  
lus. Ad hos cum mari contenderet, &  
Ministro sacer calicis orbis imprudenti  
in undas excidisset, jussit brachium hunc  
in aquas tendere. Tendenti continuo or-  
bis, spectatores Christo adhæserunt.  
Morem vel Gente suâ barbarum magis,  
quo victima Diis improbis juvenus in-  
nocens cadebat, non uno miraculo anti-  
quavit. Nam & suspensum puerum à la-  
queo absolvit, & ut geminis aliis, qui  
mari exastuanti præda expositi fuerunt,  
succurreret, sicco pede nudas perambu-  
lavit, & dextrâ hunc, illum sinistra  
molliter prehensos ad litus eduxit, mox  
meliore aquâ, & Christiano ex more  
mersos matri restituit incolumes. Atque  
his miris filium etiam Ducis Radbodi  
ad Christum pertraxit, sed non Rad-  
bodum ipsum. Nimirum jam sacris un-  
dis